UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina Ecclesiae Oeconomia

Bonald, François

Coloniae, 1611

XI. De cibi illo diuino, quam Iesus Christus profilijs suis & domesticis instituit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48916

Visual Library

catum mortale incidimus, ſiue ſani, ſiue ægri, quamprimum ad confeſſionis remedium recurramus, vt recuperata gratia participes reddamur cibi illius viuentium, qui eſt *panis Angelorum, factus cibus Viatorum, non mittendus canibus.* De quo nunc dicendum erit. *Sequēt. de Vener. Sacram.*

CAPVT VNDECIMVM.

De cibo illo diuino quem Ieſus Chriſtus pro filijs ſuis, & Domeſticis inſtituit.

DEVS ſummè potens, & infinitè ſapiens, qui omnia diſponit fortiter, & ſuauiter, *Sap. 8.* cum beſtijs vitam alterationi, ac diminutioni obnoxiam dediſſet, vnicuique iuxta ſuam ſpeciem, de aliquo alimenti genere prouidit: Homini autem, quem omnibus animãtibus præfecerat, pręter varia alimentorum genera, fructum quendam dedit, qui ſuo tempore ſumptus, hominē non ſolum alere, ſed etiam immortalem reddere potuiſſet: Et hic erat fructus ligni vitæ, *quod plantatum erat in medio Paradiſi*; *Geneſ. 3.* ex quo ei ſemper veſci licuiſſet, niſi ſeipſum de ſtatu illo feli-

ciſſimo ſuo peccato expuliſſet. Vlt
rius autem, ſicut ei contulit certu
cibum, ad eſſe naturæ conſeruandu
ita etiam eidem quoddam alime
genus, ad eſſe gratiæ perpetuand
donauit; fidem ſcilicet, & diuerſag
tiarum, quaſi nutrimenta. Sed exci
ab his, & nos cum illo; Reparauit
parte Chriſtus, & maximè cum ſpi
tuale hoc alimentum nobis elargi
eſt: Verum quale hoc eſt. Fateor t
eſſe, quod humano ſpiritu compre
di nequeat, multò minus verbis, pro
decet depingi: quia tamen præſens l
eus vt nonnihil de eo dicamus, exig
paucula quædam, non meum, ſed ſc
pturarum, & Eccleſiæ ſenſum ſecutu
annotabo.

Eſt itaque hoc alimentum ſanctiſſi
mum, & auguſtiſſimum Altaris Sacr
mentum, omnium Sacramentoru
primum, & quo ſe reliqua, tanqua
in ſuum finem referunt; Contin
Cõc. Trid. quippe non ſolum gratiam, ſed etia
Seſſ.13.c.3. omnis gratiæ authorem Ieſum Chr
ſtum; idque non figuratè, ſed realite
& de facto, licet facti modus nobis in
cognitus, & incomprehenſibilis ſi

Inſti

Inſtituit autem Dominus hoc Sacramentum in vltima ſua cęna, prout antiquiores Patres ſecutus docet D. Th. nam vt Euangeliſtæ & cum illis Paulus ſcripſerunt. T[illegible] *Ieſus accepit panem, benedixit, & dixit, Hoc eſt corpus meum: Et accepto calice dixit, Hic eſt calix ſanguinis mei qui pro multis effundetur.* Quibus ſane verbis diuinam ſuam potentiam, incomparabilem ſapientiam, & infinitam bonitatem luculenter demonſtrat: Diuinâ enim potentiâ ſubſtantiam panis in ſuum corpus & ſubſtantiam vini in ſuum ſanguinē conuertit; accidentia autem panis & vini; colorem ſcilicet, ſaporem, quantitatē, aliaſq; qualitates abſq; proprio ſubiecto conſeruat, eiſdéq; eandē omnino virtutē corpus nutriendi, quam ante conſecrationē habebant, tribuit.

D. Thom. opuſc. 57.

Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Corinth.

D. Thom. p. 3. q. 75.

Conc. Lateran. ſecundum c. Marthæ. de celebr. Miſſar.

Et hæc eſt doctrina ſacrorum conciliorum, & ſanctorum Patrum; Ambroſius autem mihi omnium inſtar erit qui ita loquitur, *Tu forte dicis, meus panis eſt vſitatus; ſed panis iſte, panis eſt ante verba ſacramentorū, vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. Hoc igitur aſtruamus, quomodo poteſt, qui panis eſt,*

Conc. Conſtantienſe cap 3.

Cōc. Trid. Seſſ. 13.

Ambroſ. l. 4. de Sacramēt. c. 4.

corpus eſſe Chriſti conſecratione. C
cratio igitur cuius verbis eſt, & cuius
monibus? Domini Ieſu: Vbi enim v
tur, vt conficiatur venerabile ſacram
tum, iam non ſuis ſermonibus orat ſa
dos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti:
ſermo Chriſti hoc conficit ſacrament
Quis ſermo? nempe is, quo facta ſunt
nia: ipſe dixit & facta ſunt, ipſe man
uit & creata ſunt: Si ergo tanta eſt v
ſermone Domini Ieſu, vt inciperent
quæ non erant; quanto magis operato
eſt, vt ſint quæ erant, & in aliud conu
tantur. Ex quibus Ambroſij verbis m
nifeſtè liquet, quomodo in hoc my
rio Chriſtus diuinam ſuam potent
D. Thom. ſupr. oſtẽderit. Eiuſdem autem admirab
Sapientiam in electione materiæ
ius Sacramenti perſpicimus: Cum
nim ſciret hominem naturaliter ab
ſu carnis humanæ, & ſanguinis p
abhorrere, eadem ſpeciebus panis,
vini, quæ ordinarium hominis alim
tum ſunt, contexit, atque ita abſq
vlla auerſione, nauſea, aut horrore
nimabus noſtris corpus ſuum in cib
& ſanguinẽ in potum elargitur. Q
ergo hęc intuens diuinam illam ſap

entiam

entiam non admiretur, omnipotentiã non deprædicet, quæ in inſtitutione huius admirabilis, & diuini Sacramēti, tam clarè elucent? Quis autem huiu diuini ſacramenti plurimos fructus ac ſummam vtilitatem apud ſe perpendens, ex toto corde infinitam inſtituentis bonitatem non amet? fructus enim, & valore adeò ſunt magni, & numero multi, vt numerari, aut explicari commodè nequeant: ideoque hoc loco eos ſolum attingam, qui ei ſunt proprij, vt Sacramentum eſt; illos in alium locum reijciens, quæ ei, vt ſacrificium eſt, competunt.

Effectus Euchariſtiæ.

Primus.

Dico itaque venerabile altaris ſacramētum animam ſpiritualiter nutriendi, Chriſto vniendi, ac incorporandi virtutem habere, prout ipſe dominus apud Ioan. relatus teſtatur, cum dixit: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus:* &, *Qui manducat me ipſe viuet propter me.* Iterum, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis.* Denique *Panis, quem ego dabo vobis caro mea eſt pro mundi vita.* Ex quibus Chriſti verbis S. Cyrill.

Ioan. 6.

P ita

Cyril. l. 4. in Ioan. c. 12. ante med.

ita concludit, & ait, *Quũ viuificans*
filius in carne habitauerit ad ſuum
eam, id eſt, ad vitam reformauit:
tus, vt ita dicam, toti ineffabili mo
nionis coniunctus, viuificantem ipſa
fecit; & quia natura viuificans eſt
pterea participantes, hæc caro viui

Primus itaque effectus, & fru
huius cibi pretioſiſſimi eſt, quod
do quodam ſingulari, extraordin
& ineffabili Chriſtianos ſpiritua
alat, eoſque tanquam vera mem
Ieſu Chriſto ſuo capiti vniat, &
incorporet. Corporalis cibus in
tranſformatur, qui comedit; ſpiri
lis autem comedentem in ſe con
tit: Non hoc de meo affingo, ante
quot ſæcula S. Auguſt. idem doc

Aug. l. 7. Confeſſ. c. 10.

dum Chriſtum ita loquentem in
ducit, *Cibus ſum grandium: creſce,*
manducabis me: Nec tu me in te m
bis ſicut cibum carnis tuæ: ſed tu m
beris in me. O certè ineffabilem
nitatem! *Parentes quidem,* in

Chryſoſt. Homil. 61. ad popul. Antioch.

Chryſoſt. *alijs ſæpè filios tradun*
lendos: ego autem, inquit Chriſtus,
ita; ſed carnibus meis alo, meipſum v
appono, non tantum me præbens cupi

bus

bus videndum; ſed & palpandum, & comedendum, & carni dentes infigere, & complicari, & omne deſiderium implere: Vt ſcilicet cum ipſo vnum corpus ſimus, & membra ex carne eius, & oſſibus eius: *Vt autem hoc non tantum per charitatem fiamus,* inquit idem, *verum & ipſa re in illam miſceamur carnem, hoc per eſcam efficitur, quam largitus eſt nobis.* O veram Chriſtianorum felicitatem! & maximè eorum, qui frequenter hoc cœleſti & diuino cibo, qui eos Chriſto vnit, & incorporat, perfruuntur: Certè maxima eſt, nec facilè maior in hac vita optari queat. Verum ad alios effectus transeamus. Ephes. 5.

Legimus in libris Regum Ionatham cũ diuturno prelio cõfecto hoſtẽ perſequeretur, viribus defeciſſe; ingreſsũ autẽ in agrũ melle fluentẽ, ſummitatẽ virgæ ſuæ fauo mellis intinxiſſe, atq; ita ex eo raptim comediſſe, & ſtatim inquit Scriptura, *illuminati ſunt oculi eius*, id eſt, ſublata vertigine, quæ ex fatigatione ei euenerat, priſtina vidẽdi acies oculis rediit. Fauus iſte mellis ſacratiſſimum Euchariſtiæ ſacramen- *Secundus effectus.* 1. Reg 14.

 tum,

tum, quo vires ſpirituales augme
tur, & animæ oculi illuminantur,
figurabat: Vterque autem hic fru
magni pretij, & valoris eſt: Qui
in medijs huius mundi tenebris v
ſi viſum debilem habeat, quomod
frequenter ceſpitabit & cadet?
ſpiritualiter ſanguet, ac debili
eſt, quomodo hoſtibus reſiſtet &
micorum ictus fortiter ſuſcipiet,
prudenter auertet? Quid ergo eiu
di agendum erit? De ſuauiſſimo
melle corporis Chriſti comedat,
dubio procul hac manducatione
viam virtutum ſecurius ambulet i
minabitur; vt tentationibus & pe
tis alacrius reſiſtat, confortabitur

Tertius effectus Euchariſt. Sicut autem hoc Sacramentum
cibus, qui nutrit, confortat, illumi
ita etiam reliquorum ciborum in
ſuum ſaporem habet, optimè pal
mentis noſtræ ſatisfacientem, & hu
quidem delicatiſſimum, & ſuper o
nia elementa exquiſitiſſimum. Ma
hebræorum erat quidem ſapidiſſi
cum de eo ſcriptura dicat, *Angelor*
Sapien. 16. *eſca nutriuiſti populum tuum, & par*
panem præſtitiſti illis ſine labore, omne
lecta

lectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Verùm cum hoc manna ſolum vmbra & figura noſtri ſacramenti fuerit, tantum à ſapore eius diſtabat, quantum inter corpus & vmbram, veritatem & figuram intereſt. Adde, manna quantumcunque dulce & ſapidum eſſet, tandem tamẽ vertente tempore Iſraelitis nauſeam peperiſſe: Panem autem hunc, quẽ Chriſtus nobis dedit famem acuere, & appetitum excitare, nam, vt inquit Greg. nos ad frequentẽ huius panis vſum admonẽs, *frequẽter manducādus eſt, vt ipſe ſapor ad ſæpius manducādum nos inuitet.*

Et hi quidem ſunt effectus & fructus huius Sacramenti, prout eſt cibus animæ, & alimentum; præter quos alios inſuper habet, quatenus tam animæ, quam corporis medicina eſt. *Alij effectus Euch. prout eſt medicina.*

Quod autem ad animę medicinam ſpectat, dicunt ſcripturæ, & ſancti Patres ſacramentum hoc habere efficaciam concupiſcentiam reſtinguendi, peccata venialia delendi, à mortalibus delictis præſeruandi, reſurrectionem cauſandi, & ad vitam æternam perducendi. Primum probatur auto-

Ecclesi.18. ritate Sapientis qui ait, *Nonne ard*
refrigerabit ros? quaſi dicat, Ita om
no: quem autem commodius per
rorem, quam ipſum Chriſtum int
gemus? Ipſe enim eſt ros ille, q
tantoperè omnes veteris teſtam
Iſai. 45. Patres inclamabant, dicentes; R
cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum
cundum teſtimonio diui Ambro
ſtruitur, qui docet hoc ſacramen
aduerſus quotidiana vulnera rem
Ambr. l 5. deSacram. cap. 4. eſſe, dum ait, *Qui vulnus habet, m*
nam requirit: Vulnus eſt, quia ſub pe
ſumus; Medicina eſt cœleſte & vene
le ſacramentum: & panem iſtum v
quotidianum aſſumimus? Eũdem q
effectum, ſicut & tertium Conc.
Seſſ. 13. c. 2. dent. Euchariſtiæ tribuit, dicens,
autem voluit Saluator noſter ſacra
tum hoc tanquam Antidotum, quo li
mur à culpis quotidianis, & à pec
mortalibus præſeruemur. Ac de ea
Bern. Ser. de cœna Domini. ſcribit Bernardus, quod *leuioribu*
catis, ſenſum grauioribus conſenſum
Ignat. ep. ad Epheſ. poſt. med. *mat:* Vnde beatiſſimus martyr I
tius, *feſtinate*, inquit, *frequenter ac*
re ad Euchariſtiam, & gloriam
Quando enim aſsiduè hoc ipſum ag

expel

expellūtur poteſtates Sathanæ, qui actus ſuos conuertit in ſagittas ignitas ad peccatum. Ideoque Dauid cecinerat, *Parasti in conſpectu meo menſam aduerſus* Pſal. 22.
eos qui tribulant me.

Quod ſanitatem corporalem concernit, dubium non eſt, quin eam frequenter conferat hoc ſacramentum, ſi ſumentium ſaluti, ita expediat: docet hoc expreſſè Cyril. Alexan. cum de eo Cyr. l. 4.
ita loquitur, *Mihi crede non mortem* in Ioan. c.
ſolùm, verùm etiam morbos omnes de- 17.
pellit: & ſtatim omnes allegatos effectus complectens ſubiungit; *Sedat enim, quum in nobis maneat Chriſtus ſæuientem membrorum noſtrorū legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, ægrotos ſanat, colliſos redintegrat; & ſicuti paſtor bonus, qui animā ſuam pro ouibus poſuit, ab omni nos erigit caſu.* Refert S. Gregorius quendam Gregor. l.
mutum ſuſceptione huius ſacramenti 3. Dial.
recepiſſe loquelam: & Eccleſiaſtica c. 3.
hiſtoria narrat, Iudæi cuiuſdam Euſeb. l. 4.
puerulum, qui cum cæteris Chriſtia- c. 36. Ni-
norum filijs fragmenta venerabilis ceph. l. 17.
Sacramenti eiuſmodi innocentibus cap. 20.

diſtribui ſolita accepiſſet, ideoq;
patre irato in ardentem vitriarior
furnum coniectus eſſet, ab omni ig
vſtulatione virtute Euchariſtiæ p
ſeruatum fuiſſe. Legimus quoque
quodam diſcipulo S. Auxentij, q
cum miſerè & crudeliter à dæmo
Metaphr. in Vit. S. Auxent. bus in ſua cella vapulaſſet, ac ad S.
xentium exanimis, & ſemiuiuus a
tus fuiſſet, à ſancto viro confeſſio
ſacramento expiatus, ac venerabili
cramento præmunitus, à malignor
ſpirituum vexatione liber, ac ſan
integer ad cellam ſuam remiſſus ſit.

Atque hæc ſunt exempla, quæ vi
tutem huius diuini Sacramenti liq
do præter ſanctorum auctoritates, c
firmant; quibus tamen omnibus de
Chryſoſt. in Matth. ciëtibus, ſola ratio, quam S. Chryſo
attingit; ſufficere deberet, Si enim
qui mortale & paſſibile Chriſti co
pus tangebant ſanitatem conſequeb
tur, quanto magis ij, qui immortale
& impaſſibilem domo ſua & hoſp
tio ſuſcipiunt? Verum parum eſt ſa
tatem corporalem conferre, corpor
reſurrectionem cauſat, & ad vitam a
ternam nos perducit; teſtatur illud

ipſe

ipſe Chriſtus dicens, *Qui manducat meam carnē, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die*; nec reſuſcitabit tantum, ſed reſuſcitatum inſuper nouo priuilegio, & ſpeciali prærogatiua gloriæ donabit. *Ioan. 6.*

Hęc eſt itaque ſacratiſſimi huius cibi inſtitutio; hi fructus admirabiles & effectus, quos producit. Vnde iure meritiſſimo dicere poſſumus, *Quæ eſt natio tam grandis quæ habeat Deos ſuos appropinquātes ſibi ſicut Deus noſter adeſt nobis? Vnigenitus ſiquidem Dei filius ſuæ diuinitatis nos volens eſſe participes,* inquit S. Thomas, *noſtram naturam aſſumpſit vt homines Deos faceret factus homo: Et hoc inſuper, quod de noſtro aſſumpſit, totum nobis contulit ad ſalutem: Et vt tanti beneficij iugis in nobis maneret memoria, corpus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in potum, ſub ſpecie panis & vini ſumēdum fidelibus dereliquit.* *Deuter. 4.* *D. Thom. opuſc. 57.*

Admirabundi itaque cum Eccleſia exclamemus & dicamus, *O ſacrum cōuiuium in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.* *In miſſa de Vener. Sacram.*

tur. Aliud enim eſt hoc conuiuiu
longeque præſtantius, quam prim
parentibus in paradiſo, aut popu
Iudaico in deſerto præparatum fu
Hi enim manna de cœlo obtineba
iſtis de omni fructu paradiſi, maxi
autem ligni vitæ veſci licebat; ſed t
hic fructus, quam ille cibus, cor
tantum augebant, nutriebantque:
rum hæc noſtra Chriſtianorum e
vt audiuimus, & animam vegetat,
corpus reuiuificat.

Frequẽter communicandum.

Actor. 2.

Igitur in hac momentanea & co
ruptibili vita ſolliciti ſimus, vt h
pane paſcamur; ſeduli ſimus, vt hoc
bo reficiamur; diligentes ſimus vt h
potu recreemur. Primitiæ illę Chri
ſtianorum, & primitiuæ eccleſiæ fid
les, admirabiles diuini illius ſacram
ti effectus cognoſcentes, ita ſe ger
bant, vitamque ſuam inſtituebant,
quotidie illum panem frangentes c
mederent: Verum nunc proh dol
adeò charitas in cordibus noſtris r
frixit, vt plurimi multos menſes a
hoc cibo ſe abſtineant, multi etiam i
dignè in iudicium & mortẽ ſuſcipia
ac manducẽt: Et illi quidẽ, qui ſine le

gitima cauſa ab hac mẽſa ſe continẽt, plurimis ſpiritualibus donis, quæ alias conſequi poſſent priuantur. Hi verò qui indigne manducant, condigno Dei iudicio mulctantur. Illos cum Pſalmiſta inuito dicens, *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus*. Hos cum Apoſtolo arcens deterreo, inquiens, *Probet ſeipſum homo & ſic de pane illo edat*. Manducandus eſt quidẽ hic cibus, vt appetitũ acuat; ſed ab anima à peccatis libera, vt ad ęternã ſalutẽ proficiat. Sacramẽtũ hoc cib⁹ eſt, is aũt nõ mortuis, ſed viuis impenditur. *Pſalm. 33.* *1. Cor. 11.*

Vis itaque huius ſacramẽti dulciſſimo fructu perfrui, viuat in te charitas, omneq́ue peccatum mortale expellatur, imò vt ſuauius eo fruaris, magisq́ue palato tuo ſatisfaciat, ab omni etiã veniali labe te expedias, & vt monet Auguſt. innocentiam ad altare afferas, ab omni delicto quotidiano, quantumuis mortale nõ ſit, te expurges: licet enim hæc mortem non inferãt, deuotionẽ tamẽ, quæ animæ quidã appetit' eſt, imminuũt. Quẽadmodũ aũt cibus abſq; omni omnino appetitu ſtomacho ingeſtus parũ prodeſt; *Quæ diſpoſitio requir. ad Euch. ſumend.*

ita ſacramentum hoc ſine deuotio
ſuſceptum penè nullos fructus p
fert. Ad hoc itaque conuiuium vn
quiſque ſe præparet, hoc cibo ſe
Conc. Nicen. 1. c. 12. Ancyran cap. 6. Arelz c. 12. 3. Reg. 19.
cat, vitæ ſuæ tempore frequenter
mat, vrgente morte, ne negligat: d
ſanus adhuc es, & integris viribus
lidus, alimentum quotidianum
præſtabit; cum morieris, vt loquun
concilia, viaticum tibi ſuppedita
De Helia in Regum hiſtoria legim
eum die quodam adeò defatigatum
itinere, vt animam ſe exhalatur
putaret, ſub Iunipero obdormiſſe;
gelum autem ei excitato ad caput
cineritium panem monſtraſſe, dixi
que: *Surge, comede: grandis enim tibi*
ſtat via: additque Scriptura, *Qui c*
ſurrexiſſet comedit & bibit: & ambu
uit in fortitudine cibi illius quadragi
diebus & quadraginta noctibus vſque
montem Dei Horeb. Hæc fuit figura il
us ceremoniæ, qua iuxta antiquam e
cleſiæ conſuetudinem ſacramentu
hoc ad ægros defertur: Sacerdo
enim in ſcriptura Angeli Dei nunc
Malach. 2
pantur, qui infirmos longo iam la
guore fatigatos viſitantes, ſacratiſ

mum euchariſtiæ ſacramẽtum, in ſubcineritio pane præfiguratum; & in hunc vſum in eccleſijs honorificè cuſtodiri ſolitum, ad eoſdem deferunt, & vt manducent hortantur. Quo ab infirmis ſumpto, mirum eſt, quibus viribus ſe ad iter mortis peragendum roboratos ſentiant.

In morbo igitur, mortiſque articulo haudquaquam negligenter cœleſte illud viaticum flagitemus, & vt ſupra monui, extremam Vnctionem poſtulemus. Verum cum morborum vis, mortiſque terror ſæpius nos eo tempore, ab his cogitationibus auertant, conſultiſſimum foret in ipſis morbi initijs, amicis, medicis, alijſque qui tui ægrotantis curam ſunt habituri, seriò iniungere, aut ſupplicare, vt tempeſtiuè te de imminente morte præmoneant, & Eccleſiaſticis ſacramẽtis opportunè præmuniant. Neque enim culpa apud Deum carebit, qui in his negligens fuerit. Illi verò qui infirmos ab hac eccleſiaſtica viſitatione, & ſacramentorum munimine prohibent, grauiſſimè peccant, ac deteſtabiles ſunt; dum enim hęc impediunt, aut

Medici tempeſtiuè ægros de morte præmoneant.

vltra tempus differunt; infirmum, aut à ſanitate corporali, quæ frequenter hoc ſacramento reparatur, excludũt, aut ſaltem à ſpeciali auxilio, quo adiutus facilius hinc exceſſiſſet, & felicius ad cœlum commigraſſet, arcent.

Frigida excuſatio.

Scio multos reſponſuros, ſe infirmum timere, vitæ terminum ſe ei acceleraturos, ſi mortis mentionem ei ingerant: Verum hoc ipſum eſt impietatem pallio pietatis tegere. Infirmus enim, ſi chriſtianus eſt, ad benè, pieq; moriendum ſe adiuuari non dedignabitur; & quantumuis mortis horrore nonnihil concutiendus ſit; expedit tamen ei hunc terrorem incutere, vt animam ſuam in manus Dei exhalet; quam ſecurũ relinquere, vt in laqueos Diaboli incidat.

Fateor quidem non omninò de eorum ſalute, qui abſque hoc ſacramento deceſſerunt, deſperandum eſſe; maximè cum alia ſufficientiæ pęnitentiæ ſigna ediderint; dico multò ſecurius nos credere illos ſalutis portum attigiſſe, qui debitè confeſſi, & Euchariſtiæ viatico præmuniti, hinc exceſſe-

runt;

runt;Hoc enim Sacramentum recipientes Deũ recipiunt,omniumq́;Angelorũ,& ſanctorum tutelæ,ac patrocinio cõmittuntur. Atq; rẽ ita dici vt ſe habere, ex D. Chryſoſtom' patet,qui refert cuidã pio viro reuelatũ eſſe animas eorũ, qui pura cõſcientia ex hac vita emigraturi ſacramẽtũ Euchariſtię ſuſceperunt,ab aſſiſtentibus angelis in cęlũ deportari.& narrat S. Greg. de quadã fęmina, nomine Romula,Quod cũ iã diutino morbo afflicta eſſet, ac ſacrã hoſtiã recepiſſet, ad fores oſtij duo chori cantãtiũ mulierũ,& virorũ exauditi ſint, qui dum pia illa fœmina felicẽ animã agebat, cęleſtia cãtica perſtrepebant; haud dubiũ,inquit Greg. quin fuerint Sancti Sanctęque cæleſtis Paradiſi,qui ad animulam hanc ſacra Cõmunione refectã,ſuſcipiẽdũ venerãt. Atq; hãc ob causã multi viri tã doctiſſimi, quam ſanctiſſimi,quales fuere Baſil. Ambr. Chryſ. Hier. Sacramẽtũ hoc, antequã ad aliã vitã demigrarent, ſolicitè ſuſcipere voluerũt, ꝓut ex ipſorũ Vitis, & actis liquidò videre licet. Felices ergo animę, quę hoc ſacramento frequen-

Gregor. Hom. 40. in Euang.

In vitis eorum. Niceph. l. 13. c. 37.

quenter in vita tanquam cibo alũtur, & in obitu tanquam viatico muniuntur; profectò diuinitus ſe alitos; & vt cœleſtem montem Horeb, ad videndum Deum aſcendant confortatos ſentient, & experientur.

CAPVT DVODECIMVM.

De ſacrificio Miſſæ, eiuſque fructibus.

SAnctiſſimum Ieſu Chriſti Domini noſtri corpus, & pretioſiſſimus eius ſanguis in Altari Deo conſecrata, non ſolum animæ fideli in potum, & cibum ſpiritualem cadunt; ſed inſuper ſunt eccleſiæ Catholicæ verum, ac propriè dictum ſacrificium. Multa quidem ſunt, quæ iuxta Patrum ſententiam, modumque loquendi, generaliter ſacrificia nuncupantur; qualia ſunt vota, contritio, pia deſideria, eleemoſina, ſui ipſius, & bonorum ſuorũ oblationes, aliaque his ſimilia: Verum corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpecialiter ſacrificium appellatur; idque ideo, quia ſpecialiter tanquam ſignũ exterius ſubiectionis, & Deo

Chryſoſt. in pſ. 95. Auguſt. l. 10. de Ciuit. c. 6. Pſalm. 4. & 5.